



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Nouerit vniuersitas. Alex. iij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

zice prauitatis: quare possunt à talibus per Inqui-
sitores compeisci, & pœna debita castigari, tam
per captionem personarum quam etiam alias,
prout culpa exegerit delinquentis.

Quod autem postmodum querebatur, quo-
modo essent puniendi religiosi, qui inueniuntur
in hæresim deliquisse, cum seculares peccates in
simili casu immutationis, vel alia pœna plectan-
tur. Eius solutio satis patet: cum certum sit tales
in hoc & in consimilibus delinquentes grauius ꝑ
etiam secularibus puniendos.

Frequenter etiam vobis ab Apostolica sede cõ-
mittitur, vt tam hæreticos, credetes, receptatores
factores, & defensores eorum, quam ipsorum fi-
lios, & nepotes, ac illos etiam, qui prædictorum
interuentu vel gratia talia essent adepti, vel asse-
querentur in posterum, priuandi personatibus,
dignitatibus, & honoribus quibuscumq; & bene-
ficijs ecclesiasticis, & officijs publicis de diocesa-
norum, vel eis absentibus, vicariorum suorum con-
silio, habeatis liberam facultatem: quod qualiter
intelligi debeat, petiistis eiusdem Sedis oracu-
lo declarari. Hoc sanè ꝑ de filijs, & nepotibus il-
lorum hæreticorum, credentium, & aliorum hu-
iusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligẽ-
dum esse viderur, non autem illorum, quos emẽ-
datos constituerit, & pro culpa huiusmodi ad mã-
datum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quã ipsi
vel iam p̄fecerunt, vel humiliter prosecutioni
eius in fuitunt, vel parati fuerunt, dum viuerent,
ad recipendam eandem. Diocæsani ꝑ quoque
in priuandis talibus sunt generaliter requirendi
nisi forsitan constaret legitimè, quod iidem scien-
ter et beneficia contulissent: tunc enim eos in
his requirendos esse non credimus, sed potius à
suo iudice puniendos. Vos igitur in præmissis cõ-
missum vobis negotium, in Regno, & dominio
charissimi filij nostri in Christo Illustris Regis
Aragonum, iuxta dicti prædecessoris responso-
nem sic prudenter & fideliter exequi procure-
tis, sic ad ea pure propter Deum (cuius causam
geritis) vestra feratur intentio, quod labor vester
vobis ad vitæ præmium, & alijs ad salutem (quæ
solum in talibus queritur) proficiat animarum.
Datum apud Montem Flandæonem, xij. Calen. Se-
ptembris, Pontificatus nostri anno primo.

COMMENT. XXIII.

Consultus.) Hoc rescripto declaratur multæ
difficultates in materia hæresis frequenter
cõtingentes, quæ etiam diluuntur in c. *Acusatus, de
hare. li. 6. breuius tamen & cõcisius, hic si. sius, &
clarus: itaq; hoc rescriptum loco interpretationis de-
seruire potest ad intelligendũ dictũ c. *Acusatus.*
Quo tempore priorem editionẽ fecimus, & hæc
pars Directorij imprimeretur, nondum peruenerat
ad manus nostras extranagans Domini Alexan-
dri Papæ IIII. incipiens, Quod super nonnullis.
cuius in hoc rescripto meminit Dominus Urbanus
IIII. qui proximè Alexandro in Pontificatu suc-
cessit, & propterea non potuimus quam emanatis-
simam dare. Cæterum non multo post eã, ipsam au-*

A thenticam extranagantem Alexandri vidimus,
Assiso ex conuentu Fratrum ordinis Minorum sã-
cti Francisci Illustrissimo Cardinali Felici Peret-
to de Montealto, qui modo summus est Pontifex,
transmissam, cuius ille nobis copiam fecit: & nunc
ad illius exemplar, hoc ipsum rescriptum damus
emendatissimum. Eadem quoque Alexandri IIII.
extranagantẽ inrer litteras Apostolicas pro officio
sanctissimæ Inquisitionis curauimus imprimẽdã.

Alexander IIII.

B Damnantur omnes hereticorum secte, & in eos
eorumque complices varia pœna feruntur.



ALEXANDER Episcopus seruus
seruorum Dei, vniuersis Christi fideli-
bus, Salutem & Apostolicam Benedi-
ctionem.

NOVERIT vniuersitas vestra, quod nos
ad instar felicitis recordationis Gregorij Papæ
prædecessoris nostri, excommunicamus, & ana-
thematizamus vniuersos hæreticos, Catharos, Pa-
tharenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, To-
sephinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios, qui-
buscunq; nominibus censeantur: facies quidẽ
habentes diuersas, sed caudas adinuicem colliga-
tas, quia de vanitate conueniunt in idipsum. Dã-
nati vero per Ecclesiam seculari iudicio relin-
quantur animaduersione debita puniendi: Cle-
ricis prius à suis ordinibus degradatis. Si qui au-
tem de prædictis, postquam fuerint deprehensi,
redire voluerint, ad agendam condignam pœni-
tentiam in perpetuũ carcerẽ detrudantur. Cre-
dentes autem eorũ erroribus similiter hæreticos
iudicamus. Item receptatores, defensores, & fau-
tores hæreticorum excommunicationis senten-
tiæ decernimus subiacere; firmiter stauentes, vt
si postquam quilibet talium fuerit excommuni-
catione notatus, si satisfacere cõtempserit infra
annum ex tunc, ipso iure sit factus infamis, nec
ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos
aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium ad-
mittatur. Sit etiã instabilis, nec testamenti ha-
beat factionem, nec ad hereditatis successorem
accedat. Nullus præterea ipsi super quocunq;
negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quod
si forte iudex extiterit, eius sententiã nullam obti-
neat firmitatem, nec causæ aliqua ad eius audiẽ-
tiã perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocini-
ũ nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumẽ-
ta cõfecta per ipsũ nullius penitus sint momen-
ti, sed cũ auctore dãnato dantur, & in simili-
bus ꝑ idẽ præcipimus obseruari. Si vero clericus
fuerit, ab omni officio, & beneficio deponatur.

D Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia fue-
rint denotati, euitare cõtempserint, excommu-
nicationis sententiã percillantur, alias animad-
uersione debita puniendi.

E Qui autem inuenti fuerint sola suspitione no-
tabiles, nisi iuxta considerationẽ suspitionis, qua-
litatemque personæ propriam innocentiã con-

Edita anno
Dom. 1260.
ꝑ Concordat
capit. excom-
municamus.
1. & 2. extra
de hæret.

Receptato-
res, defenso-
res & fauo-
res hæretico-
rum quibus
pœnis puniã-
tur.

Qualiter in
relligantur
hęc verba, tra-
dit Hostiẽ. &
Io. And. in c.
Excommuni-
mus. 1. §. cre-
detes.

grua purgatione mōstrauerint, anathematis gladio feriatur, & vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur, ita quod si per annum in excommunicatione perliterint, tunc velut heretici condemnentur. Item proclamationes, aut appellationes huiusmodi personarū minime audiantur. Item iudices, aduocati, & notarij, nulli eorum officium suum impendant: alioquin eodem officio perpetuo sint priuati. Itē clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramēta, nec eleemosynas aut oblationes eorum recipiant: Similiter Hospitalarij, & Tēplarij, ac quilibet regulares, alioquin suo priuentur officio, ad quod nūquam restituatur absque indulto sedis Apostolicae speciali. Item quicūque tales praesumpserint Ecclesiasticae trade

† Concordat
tex. in c. Qui
eunque. §. 1.
de hære. li. 6.

omni 133

132

131

130

129

128

127

126

125

124

123

122

121

120

119

118

117

116

115

114

113

112

111

110

109

108

107

106

105

104

103

102

101

100

99

98

97

96

95

94

93

92

91

90

89

88

87

86

85

84

83

82

81

80

79

78

77

76

75

74

73

72

71

70

69

68

67

66

65

Heretici sub
pōna excom
municatio-
nis manife-
standi.

† Concordat
tex. in c. statu-
tum. 2. de hære.
re. lib. 6.

re sepultura, vsq; ad satisfactionē idoneā exco-
municatiōis sententiā se nouerint subiacere: nec ab-
solutionis beneficiū mereantur, nisi proprijs ma-
nibus publicè extumulēt, & proiciant huiusmo-
di corpora damnatorū, & locus ille perpetua ca-
reat sepultura. Item firmiter inhibemus, ne cui-
quam laicæ personæ liceat publicè vel priuatim
de fide catholica disputare: qui vero contrafecerit,
exco[m]municatiōis laqueo innodetur: Item si
quis hereticos sciuerit, vel aliquos occulta conuē-
ticula celebrantes, seu à communi cōuersatione
fidelium vita & moribus dissidentes, eos studeat
indicare confessori suo, vel alij, per quem credat
ad prælātū suū, & Inquisitorum hereticæ prauita-
tis notitiam peruenire; alioquin exco[m]municatiō-
nis sententiā percussatur. Heretici t̄ autē, & re-
ceptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorū
que filij vsque ad secundam generationē, ad nul-
lum ecclesiasticum beneficium seu officium ad-
mittantur, quod si secus actum fuerit, decerni-
mus irritū, & inane. Nos enim prædictos, & quos-
cunque viros ecclesiasticos, qui ad preces huius-
modi pestilentium personarū, dignitates perso-
natus & quæcunque alia ecclesiastica beneficia
sunt adepti, ex nunc priuamus taliter acquisitis:
uolentes vt tales, & habius perpetuo careant, &
ad alia vel similia nequaquam in posterum ad-
mittantur. Illorum autem filiorum emancipatio-
nem nullius esse momenti volumus, quorum pa-
rentes post emancipationem huiusmodi, ad in-
itium superstitionis hereticæ, à via declinasse cō-
stititit veritatis. Dat. Anagnina. vij. Calen. Maii,
Pontificatus nostri anno sexto.

Clemens IIII.

Inquisitores omni humano timore deposito intrepide procedant contra hereticam prauitatem. Idem non tenentur obedire prælatis suorum ordinū præcipiētib; vt ad tempus, vel quoad certos articulos, aut quoad certas personas eidem negotio supersedeant. non obstantibus quibuscūque priuilegijs, aut celsuris.

Clemens Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Fratribus tam Prædicatorum, quam Minorum ordinū Inquisitoribus hereticæ prauitatis, &c.

† Eymericus.
3. par. q. 11.

CATHOLICAE t̄ fidei negotiū, quod plurimum in sidet cordi nostro, in vestris prospe-

rari manibus, ac de bono in melius procedere cupientes: ac volentes omne ab eo impedimentum, omneque obstaculum remoueri, præsentium vobis auctoritate mandamus: quatenus in eodē negotio de diuino & Apostolico fauore confisi, omni humano timore deposito, cōstanter ac intrepide procedentes, circa extirpandam hereticam prauitatem cum omni vigilantia, omnique studio laboretis. Et si forsā Magister, & Minister generales, alique Priores, & Prouinciales, ac Custodes seu Guardiani aliquorum locorum vestrorum ordinū, prætextu quorūcūq; priuilegiatorū, seu indulgentiarū eiusdē sedis, dictis ordinibus concessorū, aut concedendorum in posterū: vobis vel vestrum alicui, seu aliquibus iniuxerint, seu quoquomodo præceperint, vt ad tempus, vel quoad certos articulos certarū personas in negotio super sedeat eodem: Nos vobis vniuersis, & singulis auctoritate Apostolica districtius inhibemus, ne ipsi obedire in hac parte, vel intendere quomodolibet præsumatis. Nos enim priuilegia, seu indulgentias huiusmodi, quātum ad hunc articulū, tenore præsentium reuocantes, omnes exco[m]municatiōis, interdicti, & suspensionis sententias, si quas in vos, vel vestrum aliquos hac occasione ferri cōtingerit, irritas prorsus decernimus, & inanes. Nā si prædicta t̄ sedes interdū prælatis aliquibus vestrorū ordinū, per suas sub certa forma cōmittat litteras, vt ad exco[m]municatiōis officium contra hereticam prauitatem, aliquos suorum ordinū Fratres assumere valeant, ipsosque cum expedire viderint amouere, ac alios subrogare: non tamen per hoc quod ipsi, ea dumtaxat de causa in hac parte cōmittitur: quia de Fratrum suorum ordinū idoneitate pleniorē habere notitiā præsumatur, aliqua eis super huiusmodi inquisitionis negotio vobis immediatē à prædicta sede commissio, & committendo, facultas vel iurisdicctio attribuitur seu potestas. Nulli ergo omnino hominum, & cætera.

Innocentius IIII.

Inquisitores statuta dubia contra hereticos edita interpretantur: Et filios & nepotes hereticorum, & similibus priuant beneficijs, & officijs, dignitatibus & honoribus. Item nomina accusatorum & testium in causa hæresis non publicantur.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hereticæ prauitatis, Salutem, & Apostolicā benedictionem.

Cum negotium fidei Catholicæ aduersus hereticæ prauitatis errores vobis, vt vera prudentia deprehendat vulpeculas demolientes vineam Domini, sub certa forma per alias litteras duxerimus committendum, vt commissum vobis ab Apostolica Sede tam salubre ac vtile ministerium exequi liberius, ac exercere possitis efficacius in hac parte interpretandi t̄ statuta ecclesiastica, & secularia contra hereticos edita: Et hereticorum filios, & nepotes creditū, quoque fautorum, defensorum, & receptorū ipsorū dignita-

al. in hereticam.

Eymericus par. 3. q. 11.

† Eymericus 3. par. q. 11. c. 11. Inquisitorum.

Edin. Dun.

† Eymericus 3. par. q. 11. c. 11. Inquisitorum.